

tur. Tibi itaq; Cosma uir humanissime, & Christiane nobilitatis decus, hoc opus dedicatum fuit, qui & autoritate tua in primis nos ad illud impulisti, & gentilis ac nostrae philosophiae peritissimus, quanta sit utriusq; differentia, & dignoscere facile & dijudicare nouisti. Neque id modo, uerum & de labore nostro ipse iudicabis. Eo enim libentius de ingeniolo nostro ferendam tibi sententiam permitto, quo maturitati grauitatiq; iudicij coniuncta benecolentia singularis errata nostra faciliore donabit uenia, uerecundiaeq; consulat nostrae, quae seueriorem censuram reformidans, eundem & censorem & patronum habere cupit. Sanè quoniam uersus plurimos & diuersos, tum alienos, tum suos autor interfecit, quod abhorre uidetur à grauitate historiae, illos traducere consultò omisi, ita tamen ut nihil deesse ex sensu necessario sim passus. Simul & rauca uox prolixam concionem, ad quam nequaquam suffecisset, declinauit, ne risum moueret audientibus. Plura quidē inserta sunt parū pudicè, tum dicta, tum facta. & quae pudorē exagitent, non omitti & lex interpretandi, & uerè suasit ratio. Sed satis ista superius. Tu si qua superflua existimaucris, iure tuo refecabis. Vale.